



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 9. Concordiæ pacta cum Fœderatis inita cum quodam edicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. „statuatur, ut cum iis, quas foederati
A. C. 1585. „habent, viribus, aliisque sine mora
 „nulla a Rege conscribendis edictum hoc
 „executioni demandetur.„ His con-
 ditionibus adimpletis Principes, &
 Proceres foederati se paratos esse asse-
 rant, ut omnem odii, & ambitionis
 suspicionem amovere, nec ultra civi-
 tates securitatis ergo postulas urge-
 re, & præfecturis, ac dignitatibus, si
 Rex ita velit, jubeatque, ultro renun-
 tiare velint.

Hoc libello Henricus Rex haud pa-
 rum territus tandem foederatis cedere
 decrevit, & translato Nemorsium col-
 loquio, cui etiam Espernonius intere-
 rat, de conditionibus conventum est,
 quibus etiam Regina Mater, & Guisius
 Dux subscripserant.

§. IX.

*Concordiæ pacta cum Foederatis ini-
 ta una cum quodam edicto.*

*Mem. pour
 l'histoire de
 France t. 1.
 ann. 1585.
 p. 192.
 Mem. 1. c.
 p. 285.*

Firmatis hisce pactis Rex eodem Men-
 se edictum promulgabat, hæc ex-
 ponens: „ex omnibus hucusque gestis
 „satis manifeste comperio, quod popu-
 „li circa religionem dissidentes nec et-
 „iam in rebus civilibus concordiam
 „conservare valeant, eoquod juxta
 „ipsum Christi Domini verbum *omne Re-
 „gnum in se divisum desolabitur*: ideo his
 ratio-

„rationibus permotus ex Reginæ paren-
 „tis meæ, aliorumque Principum, ac
 „procerum consilio decerno, ut nul-
 „lus deinceps sit alterius religionis,
 „quam Catholicæ, Apostolicæ, Roma-
 „næ in regno meo usus, addita capitis,
 „& bonorum proscriptionis pœna, ac
 „revocatis superioribus edictis, quibus
 „religionis suæ libera professio, ac præ-
 „sentia conscientiae libertas Protestan-
 „tibus concedebatur: præcipio etiam,
 „ut pastores huic sectæ addicti intra
 „mensem ab edicti promulgatione Re-
 „gno excedant, eadem addita pœna,
 „ceteri vero omnes religionem Catho-
 „licam, Apostolicam, Romanam pro-
 „fiteantur, qui autem id facere nolue-
 „rint, intra sex menses ab eadem pro-
 „mulgatione Regno excedere tenean-
 „tur, facultate nihilominus ipsis data,
 „ut de bonis suis tam mobilibus, quam
 „immobilibus libere disponere, iis-
 „que plene uti frui possint: insuper
 „cunctos sectaria labe infectos, qui
 „muneribus publicis funguntur, indi-
 „gnos pronuntio, ac bipartitas, & tri-
 „partitas, ut vocant, iudicum classes ad
 „dijudicandas protestantium causas in
 „Curiis institutas aboleo, mandoque,
 „ut urbes ad ipsorum securitatem at-
 „tributas sine mora restituant, & præ-
 „sidia iis imposita dimittant, ut tamen

R 4

„priva-

Sæcul. XVI.

A.C. 1585.

Sæcul. XVI.
A C 1585.

„privatis ultionibus via præcludatur,
 „si quid contra edictum factum fuerit,
 „ejus rei cognitionem iudicibus ordi-
 „nariis attribuo, inhibens, ne quis
 „privata auctoritate fretus vim eo præ-
 „textu adhibeat: præterea eorum,
 „quæcunque a fœderatis per hos re-
 „centes motus tam in Regno, quam
 „extra Regnum gesta, factaque sunt,
 „cum illa studio pietatis, & religionis
 „Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ tu-
 „endæ causa facta reputem, oblivio-
 „nem haberi statuo: postremo meæ vo-
 „luntatis est, ut omnes in verba edi-
 „cti, quod perpetuum, & irrevocabile
 „futurum declaro, solemni Sacra-
 „mento adigantur, eaque de re pu-
 „blica instrumenta conficiantur., Hoc
 edictum, cujus promulgationi ipsemet
 Rex interesse voluit, die decima octa-
 va Julii a regio senatu ad acta refereba-
 tur, populo ad tam religiosum edi-
 ctum festivis acclamationibus applau-
 dente, quamvis saniores illud multa-
 rum calamitatum Regno impendentium
 præludium fore spargerent.

Insuper per alium articulum, qui
 tamen secretus tenebatur, Rex Fœde-
 ratis concedebat, ut securitatis causa
 quasdam urbes unacum præliario mi-
 lite, qui Regis sumptibus aleretur,
 tenere possent: erant autem hæ civita-
 tes

tes sequentes, nimirum Catalaunum, & oppidum Desiderii in Campania, Augusta Sueffionum in Franciæ peninsula, Durocortorum Ithemorum in Veromanduis, in Morinis Spiritus-Fanum, Dinanum, & Concha in Armorica, in Burgundia Divionis arx, & oppidum, castrum item Belnense, in Sclabis Virodunum, & Tullum in Leucis: præterea Rex Borbonio, & Guisio Cardinalibus, necnon singulis Lotharingicæ Domus Principibus spondebat, quod eis pro satellitio cataphractorum equitum centuriam adjungere, necnon centum aureorum millia pro construenda Virodunensi arce, ac bis centies mille aureos ad solvendum exteriorem militem in Germania a Guisio Duce conscriptum erogare velit: insuper spondebat, quod eos absolvat a reddenda omni pecunia, quam a Provinciis per varias exactiones ex ærario regio receperunt.

§. X.

Literæ Navarræ Regis pro impedienda hac pace.

Quamprimum hujus pacificationis fama increbuerat, mox Navarræ Rex Neraco ad Henricum Regem literas dabat, quibus eundem ab exequendis hujus concordiæ pactis absterrere

R 5

molie-

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.*Thu. & David. l. c. Mem. de la Ligue p. 278.*